

Gesandtschaftsinstruktionen für Leonhard von Natz²⁾, Gesandten des Brixner Domkapitels, zu NvK nach Siena. Der Kardinal solle nochmals ermahnt werden, einen Vikar in geistlichen und weltlichen Dingen sowie einen Statthalter zu ernennen, da ansonsten großer Schaden für die Brixner Kirche drohe. Das Kapitel habe Jakob Trapp zum Hauptmann der Brixner Hofburg ernannt. Falls der Kardinal auf die Forderungen nicht eingehe, solle Leonhard sich an den Papst wenden. Diesen solle er auch bitten, nichts gegen die Domherren zu unternehmen, ohne sie angehört zu haben. Außerdem solle Leonhard um die Übertragung des Klausener Hospitals an Stefan Stainhorn bitten.

Kopie (gleichzeitig): Bozen, Sta, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 50f. (= A³); ebd., *Codex Handlung* (ebenfalls Innsbruck, TLA, Cod. 5911) f. 132^v-134^v (= H⁴); (J. Resch, 18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 259f. (mit Datum 1. Juni 1460).

Regest: Jäger, Regesten I 323 Nr. 297.

Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 494-496; Jäger, Streit II 38f., 55f.; Meuthen, Peter von Erkelenz 715.

Unser Text folgt der Abschrift A.

Item oblata littera credenciali recommendabitis capitulum sue rev^{me} p^{ti} humiliter et devote offerendo obedienciam et reverenciam debitas.

Item dicetis, quemadmodum confrater noster Michael de Nåtz vice capituli scripsit sue p^{ti} in suo recessu, quatenus constitueret vicarium in spiritualibus et temporalibus, locumtenentes etc.⁵⁾, ita adhuc est desiderium capituli. Et rogit humiliter, quatenus constitut vicarium aut capitulo suo committat aut personaliter officium suum exerceat.⁶⁾ Ita enim expedit fieri, ex qua recepit onus regiminis. Et est ecclesie sue sponsus. Et si non faceret, quod absit, dicatis, quod timentur maxime tribulaciones et diversi errores et ecclesie destructio omnimoda.

Item si non dabit vicarium, dicatis, quod sunt multi in diocesi, qui vellent confiteri et penitere, et indigent episcopali auctoritate. Et sunt multi, qui iusticiam sibi amministrari in diversis causis desiderant. 10 Hiis tenetur succurrere, ne remedia salutis eterne et iusticie eisdem subtrahantur.

Item petatis, quod constitut locumtenentem in temporalibus, ne iurisdictionalia ecclesie in temporalibus pereant et sumatur occasio alibi querendi iusticiam. Nam necessarium erit in appellationibus, feudis et aliis habere recursum ad locumtenentem.

Item dicatis, quia capitulum cogitur constituere capitaneum castri Brixinensis et, ut fructuosius fiat, 15 visum est nobis melius fore pro ecclesia et sua rev^{ma} p^{te}, ut constituantur d. Jacobus Trapp⁷⁾, quem non dubitamus magis placere sue p. quam alium, quem forsitan opportuisset recipere.

Item per istum capitaneum intendimus facere diligentiam, ut villici aliquid solvant etiam in absentia v. r. p., ut sic minus gravaretur ecclesia.

In eventu, quo rev^{mus} d. noster cardinalis non vellet facere ex parte regiminis spiritualium, uti petetis, ex 20 parte nostra accedatis s^m d. nostrum papam presentando litteram credencialem, offerendo nos usque ad oscula pedum beatorum cum recommendacione humilima, et petatis, quatenus s^{tas} sua provideat saluti animarum et deputet vicarium in spiritualibus aut capitulo committat. Alias timetur maximum ecclesie et ecclesiasticis personis periculum imminere, ex quo populus plurimum alias concitatus est pro hac tempore 25 condicione contra ecclesiasticum statum.

Item dicatis s. sue petendo et rogando humilime, si contingeret, quod absit, quecumque aliquid sinistri de humilibus creaturis suis preposito, decano et capitulo Brixinensibus sugge(re)re sue s., quatenus s^{tas} sua nequaquam aurem <cr>editivam adhibere velit, sed gracie audiat capitulum aut mittere poterit informando se de veritate et quod nichil faciat contra nos in genere vel in specie, nisi nobis vocatis et auditis.

Item sitis investigator de ecclesia sancti Laurentii etc.

Item petatis, ut dominus noster s^{mus} committat vel, si habueritis procuratorium, vos investiat de hospitali in Clusa pro domino Stephano⁸⁾, qui ad preces capituli subire wlt opus regendi ipsum hospitale, nec inter nos scimus pro nunc habiliorem ad ipsum gubernandum. Et ipse d. Stephanus fideliter administrabit pro usu pauperum. Si autem p. sua rev^{ma} cum capitulo fecerit aliam ordinacionem, ipse, si eam 35 noluerit acceptare, reddit se paratum ad iterum resignandum et de hoc, si placuerit, faciet cautionem.

¹⁾ Das Datum ergibt sich aus der einleitenden Notiz in H; s.u. Anm. 4.

²⁾ Leonhard von Natz, lic. decr., Pfarrer von Cembra, Neffe des Domberrn Michael von Natz.

³⁾ Überschrift: Instructio capituli pro domino Leonardo de Nécz ad rev^{mum} d. cardinalem et in eventum ad papam.

⁴⁾ Überschrift wie in A. Der Text wird eingeleitet mit: Item vicesimateria maii capitulum misit Senas ad d. cardinalem magistrum Leonhardum de Nécz licenciatum in decretis et plebanum in Zimbria litteram credencialem ad suam paternitatem, et eciam unam credencialem habuit ad s. d. n. papam Pium secundum et et instructiones ad dicendum iuxta tenorem, qui sequitur.

⁵⁾ S.o. Nr. 6201 (1460 April 29).

⁶⁾ Zwischenzeitlich hatte NvK Statthalter in weltlichen Angelegenheiten ernannt; s.o. Nr. 6215.

⁷⁾ Jakob Trapp, Hofmeister Hz. Sigismunds-

⁸⁾ Stephan von Stainborn, Domberr zu Brixen, bemühte sich bereits seit langem um das Hospital zu Klausen, dessen Kollatur dem Domkapitel zustand. S.o. Nr. 5995, 6007, 6033f.